Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift



134

habet formam. Et ideo iam uocatur uerbum. Et potest habere. Tale enim ac si
dicat. Ideo iam uocandum est uerbum. Et quia potest esse uerbum. Sed quid est quod potest
esse uerbum. Et ideo iam dignum est uerbi nomine. Quod est in quam hoc formabi
le. Nondum formatum. Nondum quidem mentis nostre quod hac atque hac uolubili quam
dam motione iactam. Cum a nobis nec hoc nunc illud sic inuentum fue
rit ut occurrerit cogitat. Et tunc fit uerum uerbum. Quando illud quod nos
dixi uolubili motione iactare. ad id quod scim puenit. atque inde for
mat. et omnimoda similitudine capiens. ut quom res sent. sic et Et cogi
tat. i. sine uoce. sine cogitatione uocis. quam pfecto alicui lingue est.
sic in corde dicat. de p hoc etiam si concedam. ne de controuersia uoca
buli laborare uideam. nam uocandum est uerbum quidem illud mentis
nostre. quod de nostra scientia formari potest. etiam pusquam formatum sit. quia
iam ut ita dicam formabile est. quis non uideat quanta hic sit dissimilitudo
ab illo dei uerbo. quod in forma dei sic est. ut non ante fuerit formabile postq;
formatum. nec aliquando possit esse informe. Si sit forma simpler. Et sim
plicitor equalis ei de quo est. Et cum mirabiliter coeterna est.
Quapropter ita dicit illud dei uerbum ut dei cogitatio non ..xxxxv.
dicat. ne aliquid esse quasi uolubile credat in deo. quod nec accipi
at. nec recipiat formam. ut uerbum sit eauue possit amittere.
atq; informitate quodam uolutari. Bene quippe nouerat uerba. Et cum
cogitationis inspexerat locutor egregius quid dixit. secum; uolutat euen
tus belli uarios. i. cogitat. Non quidem ille dei filius cogitatio dei. Sed uerbum dei
dicit. Cogitatio quippe nostra puenient ad id quod scim atq; inde forma
ta uerbum nostrum est uerum. Et ideo uerbum dei sine cogitatione dei debet intel
ligi. ut forma ipsa simplex intelligat. Non aliquid habens formabile quod
esse possit etiam informe. Dicunt quidem in scripturis sacris cogitationis
dei. Sed eo locutionis modo quo ibi Et obliuio dei dicit. quam utique in deo nulla est.
Quapropter cum tanta sit nec in isto enigmate dissimilitudo uerbi nostri
Et uerbi dei. in qua tamen non nulla similitudo compta est. illud quoque fatendum